Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

culpas preteritas plorat: hunc necesse est ut modum teneat/ & sic admissa
defleat. ne iterum flenda committat. Scriptũ est in libro ecclesiastico. Qui
baptizatur a mortuo. & iterum tangit illum/ quid proficit lauacro eius?
Post lauacrum mundus ee neglegit/ quisquis est lacrimas ante innocen
tiam custodit. Lauantur enim & nequaquã mundi sunt/ qui cõmissa flere
non desinunt. si rursum flenda committunt. Baptizatur scilicet a mortuo
qui mundatur flentib; a peccato/ si post baptisma mortuũ tangit. qui culpã
post lacrimas appetit. Hinc & salomon ait. Sicut canis qui reuertit ad uo
mitum suum/ ita stultus qui iterat stulticiam suam. Canis g cum uomit/
profecto cibum qui pectus deprimebat proicit. Si cum ad uomitum reuerti
tur unde leuigatus fuerat/ rursus oneratur. Et qui admissa plangunt. pro
fecto nequitiã de qua male sacian fuerant. & que mentis intima deprime
bat confitendo proiciunt/ quam post confessionẽ dum repetunt resumunt.
Sus uero uuolutabro luti dum lauatur/ sordidior redditur. Et qui admis
sum plangit peccatum nec tamen deserit. pene grauiori se culpe subicit/
qui & ipsam quam flendo impetrare potuit ueniam contempsit. & quasi
inlutosa aqua semetipsum uoluit/ qui diu fletibus suis ante inmundiciam
subtrahit. ante di oculos sordidas ipsas etiam lacrimas f a c i t.

De uita et conuersatione monachorum.

Amonhetus est monachus. ut reuerentiam
habitus sui machi. in locutione. in cogitatione sua semper circum
spiciat. & ea que mundi sunt perfecte deserat/ & quod ostendit hu
manis oculis habitu. hoc ante di oculos moribus precendat. Cieci nãq; mo
nachi. cum eis transitoria prspertas arridet fauore mundi. quasi nescien
tes dissimulant/ & foris gressu interiori unde exteriori subleuantur calcant. Cieci
monachi. nullis praue actionis clamoribus perstrepunt/ nullo cupiditatum
temporalium turbolento appetitu rapiuntur/ se nimiru curis presentis uite
necessariis immoderatius occupare refugiunt. Sepe bona agentes monachi. paterna adhuc sentiunt flagella/ ut tanto perfectiores ad hereditatem
ueniant: quanto pie ferientis disciplina cotidie etiam de minimis pur
gat. Veri monachi funditus seculo renuntiantes/ ita huic mundo mori
untur: ut soli deo uiuere delectent. Quantoq; abhuc seculi conuersione
se subtrahunt. tanto uiue intus acie presentiam di & angelorũ frequen
tiam contemplantur/ quanto magis se exteriori despiciendo deiciunt. tan
to amplius interius reuelationũ contemplatione pascuntur: Quos enim
exterius infletu continet conuallis humiliatus/ eos interiori subleuat ascens